



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv
Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1666

47. Excitatus ab Xauerio mortuus in Vaccarum Insula.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10854

66 De Vita & gestis S. Franc. Xauerij,

onerasset ; præ cunctis verò adamantem iactabat , quo nullus esset in India thesaurus rarius. Decem mille ducatis Goæ ab se emptum ; triplo ferè in Lusitania emptum iri ; eò se illum ad regem mittere : auditâ Xauerius tanti pretij gemmâ interrogat , cui de septem, naui eam commisisset : respondet Annesius Atoghae , cuius Præfecto Ioanni Noronie eam credidisset. Hic sé vir Dei paulisper colligens ; mox , vellem , ait, rem tanti , cuiquam alteri imposuisse naui ; ubiuis foret quām in ea naui securior , quod eo vultu is protulit , ut conturbaretur Annesius non mediocriter: attamen , ecquid Pater : fortè , inquit huic times , quod aquam laxatâ olim accepit ? sed est postea egregie refecta , vt nullis sit novis validisque deterior , haudquaquam eā causâ id dico , infert Xauerius , nec plura effatus conticuit. Ex quo carè amicus coniecit , præcepisse illum animo quām verbis grauiora ; à quibus sibi vehementer timens , rogavit per eam quā res amicissimo sibi & addictissimo semper faustas optarat sollicitudinem , nauis eius cursum Deo enixè commendaret: eius exitium postremâ sibi egestati fore : putasse quidem se adamantem , venturum Regi longè gratissimum , sed diuinando potius quām sciendo; nam nec eo iubente , sed neque conscio ab seemptum ; proin citius periret iacturam impotatum iri omnino suis dannis. Verum enim verò periclitaturam nauem illam , haud ideo tantum seruo suo manifestarat Deus , ut futuræ cladis inditio , ipsius amicum præmaturus dolor affligeret , sed eam voluit Apostoli sui precibus donare , quæ aliqui fuerat pertuta : igitur aliâs , cum vnâ accumberent , & de adamante suspensum Annesium pungeret anceps cura , non ferens sanctus tam diuerna sibi tantoperè amicum tristitia languere , Gratias , ait , Deo age , nam in manus Reginæ , tuus iam adamas perirenit. Reuersis postmodum in Indiam nauibus , ex Noronie literis Annesius didicit , cur tantò antè sanctus tenuisset , nauim scilicet ventis aetam secundis , sub carchesio decumani mali drepente hiasse , & exclusâ omnino stipatoris manu , tantum maris hausisse , ut hydraulam vincente aquarum copiâ , sapientis agerent , de naui , prius quām deprimeretur eicienda in vadolum littus , ut illius iacturâ videntes seruarentur. Salubriori tamen consilio , succiso malo , quā manu ignotum , hiatus coaluit , nauisque antennis duabus velificans , subsecuta est socias , & portum cum iis Vlyssipone incolumis tenuit.

47

Excitatus
ab Xauerio
mortuus in
Vaccatum
Insula.

47. Cocini Xauerius cum fermè ad majum exeuntem egisset , Mansilla socio Zeilanum nauigauit , Nagapatanum indè transmissurus , ubi accinctus Lusitanorum exercitus ventorum expectabat fauorem , cuius itineris , & eorum quæ in eo illi acciderunt , mentionem non produnt tabula publicæ , nisi perobscuram , sed quæ sit magnorum non obscura index , & iure aduertunt Ro. rotæ cognitores , quæ ad nos de illo peruererunt , particulæ esse , ac velut analæcta , historiæ veteris locorum insignium , in quibus versatus est. Ac reponat æternum Deus magnæ Ioannis Tertiij animæ , quod anno 1556. Franciscum Barretum , suum in Indiis Proregem curare iussit cognitionem diligentem Apostolici laboris , & miraculorum

colorum Xauerij ante quadriennium defuncti , cāmque ab testibus oculatis desumptam , chirographis publicis muniri , nē sempiternis digna monumentis , intercederent penitū annorum lapsu & æui neglectu . Verū sancto , & solo ; & extra Lusitanorum fines progresso longius ; in regna ferè , locāque ignota & barbara ; hinc illa propemodū sola quæ Goæ, Cocini, Bazaini, Malacæ , (vbi confectæ quas innuitabulæ) gesta sunt , colligi potuerunt , reliqua indicari magis obiter quā exponi . Eiusmodi sunt quæ in hoc fortassis itinere illi contigerint , cerrò quidem sed nudè tradita absque ullis adiunctis , ex quibus confici valeat , aliò quolibet quā ad hoc tempus pertinere . In iis primū est puer filius Saraceni ab Xauerio in vitam reuocatus hand procul à vadis in insulā Vaccarum , Septentrioni opposita , neque id enucleatiū narratur .

48. Sed illud fūsiūs , & explicatiūs quod in Manarā insulā ab eo gestum ,
in quā sexcentos Christianos à tyranno cæsos , non pridem memini . Lues pesti-
Spectatorem res , testem & narratorem habet Ioannem Melum Sampa- lens ab Xa-
ium , arcis ea in Insula , & regno Candiæ præfustum . Incessit Christi uero ex-
Apostolum pius ardor beatam humum salutandi , maximè verò pagum
Pasim , ex quo cœlum adepti tot fortis animæ , loco nomen mutabant ,

& terram martyrum fecerant . At ecce illi huius in aditu ampla seges ,
vti cæsis gaudendi suam sortem , sic condodi superstitibus cladem
suam . Depopulabatur insulam lues sœua , & centena quotidie metebat
capita . Magni Parris aduentu , cuius erat nomen , & prodigiorum fama
celebratissima , concurrit populus ad tria millia , magnam partem idolis
addicti : rogant , & supplicant iis precibus & lamentis , quæ in promptu
habet supremum periculum , nē se peste absūmi patiatur , nec suis insu-
lam habitatoribus orbari , quam sexcentorum non pridem cædes , iniqua ,
& impia , dignam fecerat miseratione ; mollita lachrymis , & strage mife-
rorum , Xauerij charitas , triduum petiit , quo preces ad Deum pro illis
tam parentes fudit , vt lue illicè extincta , omnes cā iecti valueant , nemo
exinde afflatus sit ; quodque longè præstat saluti corporum , omnes animi
vitam adepti sunt , & tanti prodigijs mirabilitate domiti expiatique Xa-
uerij manu , nouam sacro ex fonte vitam , & animam hauserunt : iis verò
(vt illi mos erat) amplius docendis & stabiendis in suscepiti boni pro-
posito subsistere diutiū exercitus yetuit , cui iam iam aduersus tyrrannum ,
Christi hostem ituro , sanctum subdi calorem oportebat ; verū vbi ad
hoc traiecit Nagapatanum sanctus , multum alia serum occurrit facies ,
ab ea quā mente præoperat . Inopinatus casus sulcéque omnia enertit ,
spesque omnes tanti apparatus , & consiliorum diffauit . Nauis Lusitana
opulentis ex Pegu mercibus onusta ad Zeilam confracta , vectorem , &
merces destituerat in vado ; in has prædo rex Iafanapatæ inuolat , & (qui
barbaris vslus est ,) sibi eas rapit ; quorum plurimum intererat complu-
res , minimè dubij , si belli semel initium fieret , nē teruntium quidem ex
iis recepturos , duces auertunt ab deliberata armorum sententiâ ; ita
barbarus & viuit , & triumphat , & suis rebus , iure omni priuandus ,

I 2 pinguiscit